

Incipit liber secundus contra Euthycitem. |

57r t 63r p

Varius quidem et diuersus ex uno tamen | perfidiae fonte hereticae prauitatis error emersit. Cardo enim pessimus & origo malorum quae ex sese cunctarum impietatum occasiones peperit, haec est:

57v t 63v p

5 dum caelestium doctorum uirtus

uitio male intellegentium temerata, non secundum sui sensus qualitatem pretenditur, sed in alias res pro arbitrio et uoluntate legentis. secus quam ueri ratio postulat deriuatur.

10 & hoc ex omnium hereticorum commentis cuique deprehendere perfacile est.

Et alia impietate occasio. quam mirum immodum minis cautis nimia pietas prestat; Et eo multum satisque dolendum exitiabilis perfidie malum inde impium fieri. unde alius pius existit; Inde miserabiles captiuitatis sortiri erumnas. unde libertatis potestas acquiritur; Ibi erroribus implicari.

15 ubi omnis ignorantie absoluitur error; Inde perfidus fieri. unde alius fidelis est; Eodem nomine obsecari. quo alius clarissime inlustratur. & ut hoc ita esse documentis manifestioribus pateat. Sabellii & arrii | manichei &

64r p

20 fotini nestorii & euticis sententiarum dogmata conferamus; Quibus ita eos sibi inuicem extitisse contrarios inuenimus. ut quod maius mirum sit eorum error. ueritati testimonium dicat; & inconsone perfidorum sententia in unum recte fidei modulum concinant. tropeum que nostre uictorie eorum cassa certamina gignant; Sabellii enim perfidia. arrii dampnat errorem;

Rursus arrii dogmatis error; Sabellii impietatem excludit. Siquidem sabellius unius nature probabili quidem confessione deceptus. trinitatis unam putabit esse personam; Ut ex hoc quod trium una natura est. una intellegitur esse

25 persona. Contra arrius tres substantias atque distinctas. sicuti & uere sunt personas. accipiens. tres eorum. dissimiles credidit esse naturas. Et quod ad distinctionem pertinet. hoc iste ad disparilitatem earundem ruit personarum; Quamobrem & meritis & gradibus. longe dispares. ausus est | definire;

64v p

30 huius igitur error. ad confutationem sabelliane impietatis proficiat; Audiat quae sabellius. In tantum patris & filii & spiritus sancti. tres esse personas. ut eos arrius & potestate dissimiles. & natura diuersos. audiat profiteri; Audiat rursus hic idem arrius; In tantum patrem & filium & spiritum sanctum.

58r t

1 contra Euthycitem] *om. t* 3 sese] *ese t* 5 qualitatem] *qualitate t* 6 pretenditur] *penditur p* 7 deriuatur] *diriuatur p* 10 Et alia] *ertecalia p* 10 impietate] *impietas p* 10 occasio ... mirum] *om. p* 10 minis] *minus p* 12 existit] *exitit p* 14 perfidus] *perfidum p* 15 nomine] *lumine p* 18 maius] *magis p* 19 sententia] *sententiae p* 20 in unum] *om. t* 20 tropeum que] *tropheumque p* 22 arrii] *arriani p* 23 putabit] *putauit p* 25 substantias] *subsistentes p* 25 distinctas] *distinctas p* 27 earundem] *om. t* 29 confutationem] *computationem t* 29-30 Audiat quae] *Audiatque p* 32 rursus] *russus p* 33 eorum] *om. t*

Vnius potestatis. uniusque esse naturae ut sabellius. unam eorum dicat esse personam. Malum ergo tuum o arrie de illius corrige mala; Et malum suum de tuo corrigat malo; Ut bonum quod uterque nobiscum tenetis. commune sit uobis; Nam bonum est quod tu arrie tres dicis esse personas. sed malum est quod eas & gradibus & naturis longius separas; Item tu sabelli. bonum est. quod unam dicis esse naturam; Sed malum est quod te unius naturae ueritatis. unam cogit fateri personam. Affero disceptationi uestre compendium. immo non ego. sed Christus. qui litium uestrarum controuersias utpote aequissimus cognitor. una uerbi sententia censuit | derimendas dicens. ego & pater unum sumus; Dicendo igitur. ego & pater. discreuit quod sabellius male confundit: Addendo autem unum sumus. uniuertit quod arrius male discernit; Et unum ad unitatem nature sumus ad distinctionem proficiat personarum; Tale est & illud. baptizate gentes in nomine patris & filii & spiritus sancti; In uno trium nomine unam deitatis insinuans esse naturam. Ita iudex optimus inter noxias & laeales christianorum contentiones saluiferam iudici sententiam tulit. ut proprio pereat uitio. qui iudicis sententiam retractauerit; Item manicheus. dum tantarum uirtutum miracula respicit que dei filius operatus est non uult eum hominem confiteri; Fotinus dum in eum naturam nostri corporis adtendit. deum esse non iudicat. Ille ut se uniat uirtutes. iste infirmitates repleat; Ille deitatis preconia. iste humanitatis alligat. Illum maiestas tanti luminis. Ab humanitatis professione reuocat; | Istum humilitas iniuriarum quas decernit indignitas in hominis tantum confessionem retentat; Illum miracula auocant. istum passionis retardant; Ille deitate sallitur. iste humanitate offenditur. Ille dicit | deus est. iste dicit homo est; Grande miraculum ut expugnationem sui ueritas confirmetur & uerum uerum uterque dicat; Dum uterque mentiatur; Audi ergo manichee. Quod deus sit uerum dicis. quod & homo non sit falleris; Audi fotine uere homo est. ut asseris. Licet non sicut asseris; Sed idem & deus est quod impie refugis. in tantum refugis. In tantum deus ut manicheus hominem negat; in tantum homo. ut & tu deum esse non credas; Cum igitur ambo uobiscum contrarii sitis. ambo nobiscum facitis: Longe separati estis. In medio est uia quam relinquistis; Unus hinc. alius inde. Huc ad nos uenite. Et uos inuicem inuenitis. Transeat unus in alterius sententiam ita ut non relinquat sua; Sit

1 mala] malo p 3 uobis] nobis p 6 ueritatis] ueritas p 6 disceptationi] disceptationis t 8 derimendas] dirimendas p 13 insinuans] insinans t 15 iudici] iudicii p 17 uult] uul t 18 eum] eo p 19 repleat] replecat p 20 alligat] allegat p 20 luminis] nominis p 21 decernit] deo cernit p 21 indignitas] indignas p 21–22 confessionem] confessione p 22 passionis] passiones p 23 sallitur] fallitur p 24 expugnationem] inpugnatione p 25 uerum] om. p 26 fotine] futine t 28 in ... refugis] om. p 29 &] om. p 29 uobiscum] uobis p 31 relinquistis] reliquistis p 32 sua] suam p

uobis commune. quod pribatum hab&is. Fateatur | ille hominem. confitere
tu deum. & pro ueritate a proprio tandem errore discedite.